

Traci pari reiniseris,  
Utrunque jam subdor jugo,  
Nec ferre tamen renuo.  
Adsit p'i sanctissima  
Galli Patriis clementia  
Mi' jam tuis promptissime  
J' sis volenti cedere.

*Principium libri secundi de Vita sancti Galli, quod ideo ascribo, quod tantundem adhuc vidi.*

## NOTKERUS.

Circuitu longo vitans contingere lignen  
Quo calcat pariter dives, inopsque simul.  
Ut cecinit sensu verax Horatius isto,  
Caetera vitandus lubricus atque vagus.  
Palida mors æquó pulsans pede, sive tabernas,  
Aut regum turres : Vivite, ait, venio.  
Ac veluti David sermone probatus et actu,  
Quis mortis valvas effigiet patulas?  
Galle, tuam mœstus congor describere mortem,  
Quem cuperem nostris vivere temporibus.

## HARTMANNUS.

Posco, magister	Nou ego tanta,
Inlyte Noter,	Tan puerilis,
Ultima Galli	Dogmata promam
Verba renarra.	Tan senis alti.

*Habes in hoc prototypo, oratione soluta, prolegomena Notkeri in Vitam eundem lectu dignissima, et sequentes versiculos :*

## A NOTKERUS.

Sidonius de Constantiis quam nomine dicunt  
Urbe, volens Gallum pellere sede su',  
Horribili strepitu cunctas gallire coegit  
Matres cum pullis, a quoque Gallerius.  
Et trabe concussa, seu fit qua silva moveatur  
Ad juvenum tremul', seu tremuli folia.  
Infrondens animo Gallus, calcaribus illum  
Percutit, ac miseri viscera fudit humi.  
Ut pernicem Asahel hasta gravis impulit Abner,  
Aut Aoth Eglon interiora tullit.  
Gallus ut ad culmen sedet, cantumque peregit,  
Huic alaci famulæ garrulitate favent.  
Ut Salomone pio in solio residente paterno  
Nathan cum populis laudibus insonuit.

B *Ibidem sequitur origo nominis Constantia et Chronberg, quem Cornelium appellant per fibulas ibi repertas frequentatum, et Githeræ.*

## Et NOTKERUS.

Cinque pro Christo patriam, parentes,  
Rura, cognatos, genus, et caducam  
Gloriam mundi, simul abdicarent,  
Pergere certant:  
Corde latentes, alares et omnes,  
Orbe jam toto celebrata sece  
Cominus gaudent adiisse tecia  
Plena salutis.  
Caetera desunt.

ANNO DOMINI DCXLVIII.

## SANCTUS THEODORUS,

ROMANUS PONTIFEX.

## NOTITIA HISTORICA IN S. THEODORUM.

(Mausi, Conc. ampl. Collectio.)

\* *Theodorus natione Græcus, ex patre Theodoro episcopo, de civitate Ilerosolyma, b' sedit annos sex,*

menses quinque, dies decem et octo [viginti]. Hic fuit amator pauperum, largus, benignus super omnes,

## NOTÆ SEVERINI BINII.

\* *Theodorus. Anno Christi redemptoris nostri 641, vigesima quinta mensis Novembri, Theodorus creatus est pontifex. Ilujus exordio Pyrrhus Constantinopolitanæ urbis episcopus, ut laqueum, quem conscius veneficii Constantino imperatori allati meruerat, subterfugaret, in Africam spoule secessit: Constans imperator in locum hereticorum Paulum aequo Monotheitam subrogavit. Qui cum Orientalem Ecclesiam gravissime perturbaret, queralis Stephanus Dorensis episcopi, aliquorunque Orientalium hac de re ad sedem apostolicam interpositis, a Theodoro papa congregata synodo condemnatus est. Pyrrhus delatus in Africam invenerit ibi Maximum abbatem et martyrem, habita que cum eodem disputatione illa famosa, quam infra subiungimus, fidei veritatem et Monotheistarum heresim et perfidiam cognovit, adeo ut inde Romanum prefectum, oblatu ibidem libello penitentiam, heresim suam publice abuegarit, et cum titulo patriarchatus Constantinopolitanæ a Theodoro receptus fuerit. Quod*

*Cum Africanis Ecclesiis innotuisset, habitis ibidem in Africa diversis conciliis, synodales miserunt ad Romanum pontificem, petentes ut is per suos apocriftarios easdem ad Paulum Constantinopolitanum episcopum transmitteret. Praestitit id pontifex sanctissimus, suasque addidit, quibus illum in fide orthodoxa insurxit: alterque sentientem excommunicandum esse minatur. Paulus dum hasce Romanum pontificis Africanorum et conciliorum epistolas accepisset, universam Occidentalem Ecclesiam adversus se commotum esse cognovit. Qua occasione magna cum fraude Constanti imperatori heretico persuasit, ut edictum (quod*

*\* Sedit annos sex, menses v, dies x. Theodorus papa anno Domini 649, qui est octavus Constantis imperatoris, ex hac vita migravit pridie Idus Maii. Quare oportet asserere eum annis septem, mensibus quinque et 20 diebus sedem apostolicam adiunistrasse. Baronius ann. 649, n. 1.*

et multum misericors. Hujus temporibus <sup>a</sup> Mauritius chartularius, per quem multa mala operatus est Isaacius patritius, cum jani increbuisserent peccata ejus, beato Petro apostolo [increvissent contra R. Petrum apostolum], ut ens [eum] hæreditaret ignis inexstinguibilis, consilio ductus suprascriptus Mauritius cum ipso quibus antea devastaverat ecclesiam Dei <sup>b</sup> intarzavit aduersus [crexit se, tyrannizavit] Isaacium patritum, et misit per omnia castra, quæ erant sub civitate Romana per circuitum, et congregavit eos, et constrainxit se cum ipsis in [secum ipsos per] sacramentum [sacramento], ut deinceps nullus ex ipsis <sup>c</sup> debuisset obedire Isacio, neque hominibus ejus, qui affirmabant eum, quia sibi regnum imponere soluisset [quia affirmabat eum sibi regnum imponere velle]. Audiens hæc Isacus patritius, eo quod Mauritius omnis exercitus Italie sacramenta dedisset, misit Donum magistrum militum et sacellarium suum ad civitatem Romam cum exercitu. Qui veniens in civitatem Romanam, omnes judices, seu exercitus Romanus [Romani], qui prius se cum Mauritio sacramento constrainxerant, timore duci dimittentes Mauritium chartularium, omnes se cum Dono <sup>d</sup> junserunt [omnes se ad dona verterunt]. Et ingresso eo Romam fugit Mauritius ad beatam Mariam ad Praesepem, quem tollentes de ecclesia miserunt <sup>e</sup> boiam in collum ejus. Similiter et omnes, qui in consilio cum ipso fuerant, imboiatos [bojatos] misit Ravennam per manus Maurini scribonis, et Thomati [Thomasi] chartularii. Qui deduceentes eos pervenerunt

A juxta civitatem Ravennatem in locum qui dicitur Ficuelas [Fiendas] duodecimo millario a civitate, et ibi decollaverunt Mauritium, quia sic in mandatis acceperant a suprascripto Isacio, ut vivus civitatem Ravennatem non ingredieretur. Et postquam decollatus est, levantes caput ejus, duxerunt [portarunt] Ravennam. Videns autem Isacus caput Mauritii, gavisus est. Et fecit ad exemplum multorum in eiron Ravennate in stipitem poni. Illos autem, qui cum ipso directi fuerant, omnes imboiatos [bojatos] jussit arcta custodia in carcerem mitti, cogitans eos quoniam modo puniret, sed cum ea agerentur, mox Dei iudicio ipsis diebus percussus divino ictu interiit Isacus et mortuus est. Ii autem, qui reclusi erant, exeuntes de carcere, reversi sunt singuli per loca sua. <sup>f</sup> Audiens hoc [Constans] imperator quia defunctus est Isacus, misit Theodorum patritum exarchum, cui cognomenum Calliopa, ad regendam omnem Italiam. <sup>g</sup> Ipsiis temporibus venit Pyrrhus ex Africa, qui fuerat patriarcha Constantinopolitanus in urbem Romam [Pyrrhus patriarcha Constantinopolitanus venit Romam] ad limina apostolorum. Qui ingressus libellum obtulit cum sua subscriptione apostolicæ nostræ sedi in præsentia cuncti cleri et populi, condemnans in eodem libello omnia quæ a se, vel a decessoribus suis scripta, vel acta sunt adversus immaculatam nostram fidem. His itaque ab eo peractis, fecit eum munera erogare in populum [populo], et cathedram ei poni juxta altare, honorans eum ut C sacerdotem regis civitatis. <sup>h</sup> Postea rursus more

## LECTIONES VARIANTES EX COD. LUC. 490.

<sup>a</sup> Initiazavit.<sup>b</sup> Obediret Isacio.<sup>c</sup> Voluisset.<sup>d</sup> Fecerunt. Et ornavit. Sede tuse depositione ultione, etc.

## NOTÆ SEVERINI BINII.

(quod Typus appellatur) proponeret, quo significaret ascendere esse de ea altercatione, quæ de una seu de duabus voluntatibus in Christo vertebatur, in futurum pollicebatur imperatori, ut omnes Christiani orbis Ecclesie in unam eamdemque sententiam unirentur. Paruit imperator episcopo, typum edidit, cumque Romano pontifici insinuavit. Pontifex accepto typo synodum convocavit, in qua Patres congregati eundem typum simul cum Paulo Constantinopolitanus episcopo censurentur: dumque sententiam concilii imperatori et patriarchæ insinuassent, imperator et patriarcha (quod male refertur in Vita sancti Martini papæ) in apocrisiarios Theodori papæ Constantinopolis degentes furore exarserunt, altare eundem in palatio Placidiae, ubi habitabant, subverterunt, sacrificare eodem non permiserunt; et, quod peius est, sacerdotum catholicorum alios in carcere detulerunt, alios in exsilium deportaverunt, alios denique verberibus subiectos gravi cruciatus corporis affecterunt. Hæc ex actis synodalibus concilii Lateranensis secret. 1, et sancti Maximi Vita apud Serium, et ex Theophane et Anastasio Baronius.

<sup>a</sup> Mauritius chartularius. Ille est ille Mauritius qui sub pontificatu Severini Lateranensem Ecclesiam expilavit, ideoque justa Dei ultio in poenam commissi sacrilegii ab ecclesia absirahabatur, quando ad ipsam pro salute confugiens auxilium peteret. Baron., anno 643, n. 5.

<sup>b</sup> Boiam. Id est vinculum.

<sup>c</sup> Ficuelas. Est ecclesia Ficodensis, hodie Cervia nominata. Baronius, anno 643, n. 5.

PATROL. LXXXVII.

<sup>d</sup> Audiens hoc imperator quia defunctus est Isacus misit Theodorum patritum exarchum. Platonem hereticum exarchum ante Theodorum Calliopam missum fuisse in Italiam, constat ex epist. 16 Martini papæ, qua dicitur eo tempore, quo Pyrrhus Constantinopolitanus episcopus se Romanam contulit, Platonem quendam exarchum fuisse, suoque ad Pyrrhum Romæ degenitem direxisse. Vide Baronium anno 643.

<sup>e</sup> Ipsiis temporibus venit Pyrrhus ex Africa in urbem Romam. Pyrrhus de inita coniuratione in necem Constantini imperatoris cum Martina Augusta diffidatus, fugerat in Africam, ut supra dixi, habitaque celeberrima disputatione cum Maximo convictus sua sponte Romanam venit, oblatoque ibidem libello penitentie, et abjurata heresi, fidem professus fuit: præter ea quæ de eventu disputationis hic apud Anastasium et in ipsa disputatione continentur, hæc scribit Theophanes: « Pyrrhus vero cum pervenisset in Africam mutuus cum sancto Maximo videtur aspectibus, abha videlicet religiosissimo in monasticis correctionibus, necnon et divinorum illic existentium pontificum præsentur obtutibus, hunc redargutum et persuasum Romanum ad papam Theodorum direxerunt. Qui, orthodoxo libello tradito papæ, ab eo receptus est. » Hæc Theophanes de prædicta disputatione Pyrrhi cum Maximo habita. His consentaneo eadem scribunt Photius et Martinus pontifex epistola 26. Baronius, anno 648, n. 1, 2 et seq.

<sup>f</sup> Postea rursus more canis ad proprium impietatis vomitum repedavit. Accidit illud hac occasione. Cum

3

canis ad proprium impietatis vomitum repedavit A est. Fecit et oratorium beato Euplo martyri foris portam beati Pauli apostoli, quod <sup>3</sup> etiam ornavit.

Tunc sanctissimus Theodorus papa convocans universos sacerdotes et clerum in ecclesia beati Petri apostolorum principis, condemnavit eum sub vinculo anathematis, juxta mercedem ac retributionem propriæ transgressionis, canonicam poenam sive depositionem <sup>1</sup> excipiens [decernens]. <sup>2</sup> Qui prædictus Pyrrhus reversus est in partes Orientis.

Eodem tempore revelata sunt corpora sanctorum martyrum Primi et Feliciani, quæ erant in arenario sepulta, via Numentana, et adducta sunt in urbem Romam. Quæ et recondita sunt in basilica beati Stephani protomartyris [in monte Cælio], ubi et dona obtulit, gabathas aureas tres, tabulas ex argento ante confessionem, arcus argenteos dnos. Fecit ecclesiam beato Valentino, via Flaminia, juxta pontem Milvium a solo, quam ipse dedicavit, et dona multa obtulit. Fecit oratorium beato Silvestro intra episcopium Lateranense, ubi et dona largitus

B Tunc sanctissimus Theodorus papa scripsit Paulo patriarchæ regio civitatis tam rogans, quæcumque regulariter increpans, necnon per apocrisiarios, ut dictum est, pro hoc maxime destinatos præsentialiter admonens, et contestans, quatenus proprium emendaret commentum, atque ad orthodoxam fidem <sup>3</sup> catholicæ ecclesiæ remearet. Et neque rogantes, neque increpantes potuerunt eum a suo conamine quoquo modo revocare. Propter quod <sup>4</sup> ab apostolica sede ipse depositionis ultione percussus [percussus] est. Hic fecit ordinationem unam per mensem Decembrem, presbyteros viginti unum, diaconos quatuor, episcopos per diversa loca numero quadraginta sex. Qui etiam sepultus est ad beatum Petrum apostolum sub die secundo Idus Maii, et cessavit episcopatus dies quinquaginta duos [mensem unum, dies xvi].

#### JACOBI SIRMONDI ADMONITIO AD LECTOREM DE SEQUENTIBUS EPISTOLIS.

Proxima epistola est Theodori papæ ad Paulum patriarcham, qua ejus synodice respondet, arguitque illum duplice de causa. Primum quidem, quod ecclesis Heraclianæ chartam publicis in locis a Pyrrho suspensam non sustulerit. Deinde quod Pyrrhi, qui patriarchatum odio compulsus abdicarat, adhuc superstis, et nondum dominati sedem occuparit. Quare synodus coram apocrisiariis suis, convoca i jubel, ut illius causa examinetur. Quod ipsum etiam in altera epistola scribit ad episcopos qui Paulum consecrarent. Ad decretum vero ecclesis anathematizandæ Constantinopolim transmisum, quod inter utramque epistolam insertum est, alludere videntur episcopi Cyprii in epistola ad Theodorum papam, quæ in synodo Romana Martini papæ legitur, secretario <sup>2</sup>. At Serici diaconi quem Theodorus in priore epistola nominat, meminit etiam Honorius in altera ad Sergium epistola, cuius pars quedam synodi vi, actione 15, continetur. Ex quo liquet illum perdiu et sub diversis pontificibus apocrisiarii munere perfundit.

## EPISTOLA PRIMA SYNODICA

THEODORI PAPÆ I, AD PAULUM PATRIARCHAM CONSTANTINOPOLITANUM.

Synodicas fraternitatis vestræ litteras, datas per C suscepisse significamus; quarum percurrentes tex- Georgium presbyterum et Petrum diaconum, nos tum, invenimus eam inter spem et metum, quen-

LECTIONES VARIANTES EX COD. LUC. 490.

<sup>1</sup> Decerpens.

<sup>2</sup> Sebastiano.

<sup>3</sup> Etiam dedicavit.

<sup>4</sup> Catholicam apostolicam ecclesiam remearet.

<sup>5</sup> Justa ab apostolica.

#### NOTÆ SEVERINI BINII.

imperator Pyrrhi conversionem audisset, misit Pla-toni exarcho successorem Olympium, hereticum audacissimum, qui ubi Ravennam se contulit, omne adhibuit studium ut perficeret quod imperatori gratum esse sciebat: nimurum, ut Pyrrhum in pristinum errorem revocaret. Quod ut implere posset, elaboravit ut illum ab urbe Ravennam adduceret, cumque illud ex animi sententia consecutus esset, qua pollebat auctoritate ipsum aggressus, nunquam deseruit, quousque desertorem fidei et assertorë catholicæ confessionis prævaricatorem efficerit. Hoc est quod Theophane anno 20 Heraclii imperatoris ait: «Pyrrhus cum Roma discessisset, et Ravennam pervenisset, ut canis ad vomitum suum reversus est. Quo papa Theodorus comperto, plenitudine convocate Ecclesiæ ad sepulcrum verticis apostolorum accessit, et divino calice expostulato, ex vivisico sanguine in atramentum stillavit, et ita propria manu depositionem Pyrrhi excommunicati facit. » Eamdem de Pyrrho historiam integre recenset summatis secretario <sup>1</sup> concilii Lateranensis Martinus papa his verbis: « Pyrrhus denuo, pluribus episcopis terrore et blandimentis dolose ab eo deceptis, hujusmodi

D impietatem actis et subscriptionibus propriis eorum, qui ab eo decepti sive vim passi sunt, confirmare studuit. Propter quod antea confusus, festinavit, pro hoc ipso hic adveniens, emendare proprium commissum, et libellum obtulit cum sua subscriptione apostolicæ nostre sedi, condemnans in eodem libello omnia, quæ a se vel a decessoribus suis scripta vel acta sunt adversus immaculatam fidem nostram. His itaque ab eo peractis, postea rursus more canis ad proprium impietatis vomitum repedavit, justam mercedem ac retributionem propriæ transgressionis, canonicam poenam sive depositionem decerpens. <sup>2</sup> Hæc ex Theophane et concilio Lateranensi secret. <sup>3</sup> sub Martino papa. Baron., anno 648, n. 11 et seq.

<sup>1</sup> Qui prædictus Pyrrhus reversus est in partes orientis. Ubi in gratiam imperatoris receptus, loco impiæ promissæ mercedis, Constantinopolitanam sedem post obitum Pauli recepit anno Domini 652, et post menses quatuor ex hac vita ad tremendi iudicis Dei tribunal evocatus fui, subrogato in locum illius Petro versutissimo Monothelite heretico.